



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Hildebertvs Abbaset Martyr Gandaui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

HILDEBERTVS ABBAS ET MARTYR  
*Gandui.*

1. Octo.

**A**mandus Traiecti ad Mosam Episcopus, vir apostolicus in Ecclesia Gandensi quam opibus præcipue B. Bauonis fundauerat, non Monachos initio, sed clericos fæculares simul viuentes constituit. Cum autem illi à primæua sua sanctimonia degenerare, ac licentius viuere inciperent, amotis illis Monachos ibidem Ordinis S. Benedicti collocauit, dato illis Abbatे Florberto rarae pietatis viro, qui primus utriusque simul Monasterij D. Petri Gandensis & Blandiniensis curam & administrationem gessit. Sic constituta Ecclesia magnos sensim in virtute puraque religionis cultu & obseruatione profectus fecit. Adeoque abundare etiam cœpit viris doctrinæ ac religiosi laude præstantibus, & cum anno Christi 752. Gandui ciuilis motus propter Sanctorum imagines excitatus esset, multiique eas tamquam idololatriæ instrumenta, è templis ejciendas clamarent, Hildebertus VIII. Abbas Gandensis, fautoribus impiissimi Cæsaris Constantini cognomento Copronymi, fortiter sese opponeret, piumq; imaginum cultum aduersus haereticos, non modo verbis eruditissimis, sed sanguinis etiam ac profusione vitæ confirmaret. Quamobrem & inter beatos Martyres haud immerto relatus esse creditur.

H I L D V A R D V S.  
*Teneramondæ.*

29. Dec.

**E**st. in ea Flandriæ vrbe insigne Canonicorum beatæ Mariæ Collegium, quod anno 1106. Ringotus Calvus